# BANQUE COMMUNE D'EPREUVES

CONCOURS D'ADMISSION DE 2011

Concepteur : ESSEC

Code épreuve :

**76 LA**

**OPTION LETTRES ET SCIENCES HUMAINES**

## DEUXIÈME LANGUE

## VERSION LATINE

Durée : 3 heures

Vendredi 6 mai de 14h à 17h

### Une riposte foudroyante

Cum M. Naeuius tribunus plebis accusaret eum (1) ad populum diceretque accepisse a rege Antiocho pecuniam, ut condicionibus gratiosis et mollibus pax cum eo populi Romani nomine fieret, et quaedam item alia crimin*i* daret indigna tali uiro, tum Scipio pauca praefatus quae dignitas uitae suae atque gloria postulabat : « Memoria, inquit, Quirites, repeto, diem esse hodiernum quo Hannibalem Poenum imperio uestro inimicissimum magno proelio uici in terra Africa pacemque et uictoriam uobis peperi inspectabilem. Non igitur simus aduersum deos ingrati et, censeo, relinquamus nebulonem hunc, eamus hinc protinus Ioui optimo maximo gratulatum ». Id cum dixisset, auertit et ire ad Capitolium coepit. Tum contio uniuersa, quae ad sententiam de Scipione ferendam conuenerat, relicto tribuno, Scipionem in Capitolium comitata atque inde ad aedes eius cum laetitia et gratulatione sollemni prosecuta est.

AULU-GELLE

1) *eum* désigne Scipion l'Africain

∗ RAPPEL : L'utilisation de toute calculatrice et de tout matériel électronique est interdite.
∗ Seul document autorisé : un dictionnaire latin-français BORNECQUE, GAFFIOT, GOELZER ou QUICHERAT.